



Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma



Año LXIII. 2 DE OCTUBRE DE 1922. Núm. XIX

SUMARIO: Acción de gracias.—Carta de S. S. el Papa Pío XI al Emmo. Cardenal Bisleti: Conclusión.—P. C. ad C. Canones authentice interpretandos: Solución de algunas dudas.—Conferencia moral y litúrgica. Seminario Conciliar: solemne apertura del Curso 1922-1923.—Liga N. de Defensa del Clero: Circular de la Junta Diocesana.—Carta de la Junta Central a todos los sacerdotes no inscriptos en la Liga N. de D. del C. y modelo para la inscripción.—Gerencia Diocesana de la Cooperativa del Clero: Nota de precios.—Colecta

ACCION DE GRACIAS

El Ilmo. y Rvdmo. Prelado, muy agradecido a las numerosísimas y afectuosas felicitaciones que ha recibido de dentro y de fuera de la Diócesis con motivo de su fiesta onomástica y no pudiendo contestar particularmente a tantos Rvdos. Sacerdotes, Comunidades Religiosas, corporaciones y entidades civiles y demás fieles, quiere hacer llegar a todos por conducto de este BOLETIN la más sincera expresión de su reconocimiento, en especial por las oraciones ofrecidas, a las que promete corresponder, mientras, como prenda de paternal afecto y gratitud, envía a todos de lo íntimo de su alma la bendición pastoral.

EPISTOLA APOSTOLICA

Ad Emum. P. D. Caietanum Bisleti S. R. E. Cardinalem
Protodiaconum Praefectum Sacri Consilii Semina-
riis et Studiorum Universitatibus Curandis:
de Seminariis et de Studiis Clericorum.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster

Salutem et Apostolicam Benedictionem

(Conclusión)

Alterum in quo singularem Episcoporum vigilan-
tiam requirimus, ad altiora adolescentis cleri studia
pertinet. Omnino quae hac de re sunt in iure canonico
providentissime statuta, (1) ea sancte inviolateque
observari debent, si quidem consilium est sacerdotum
parare copiam, qui tantae magnitudini muneris im-
pares non sint. Confecto igitur litterarum curriculo,
nostri alumni, ut sacrae Theologiae aptam praepara-
tionem adhibeant, minimum biennio diligentissime in
Philosophiae studio versentur. *Scholasticam* intelli-
mus Philosophiam, a sanctis Patribus Scholaeque
Doctoribus quadam laborum continuatione naviter ex-
politam, ac denique opera et ingenio Thomae Aqu-
natis ad summum perfectionis gradum adductam,
quam quidem decessor Noster illustris Leo XIII «Fi-
dei propugnaculum ac veluti firmum Religionis mu-
nimentum» (2) appellare non dubitavit. Profecto ip-
sius Leonis magna laus est Philosophiam Christia-
nam, excitato Doctoris Angelici amore cultuque, ins-

(1) Cod. I. C., can. 1365 et 1366.

(2) Litt. Enc. *Aeterni Patris*.

taurasse: atque etiam sic iudicamus, omnium rerum, quas in diuturno Pontificatu pro Ecclesia et pro societate civili utilissime gesserit, hoc adeo fuisse caput, ut si cetera non adessent, haec una res satis esset ad tanti Pontificis nomen immortalitati commendandum. Itaque in primis sibi curae habeant magistri Philosophiae in hac disciplina clericis tradenda non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia sequi sancti Thomae; idque eo faciant vel studiosius, quod sciunt nullum Ecclesiae Doctorem *modernistis* ceterisque fidei catholicae hostibus ita esse terrori ac formidini, ut Aquinatem.

Quod autem de Philosophia dicimus, idem est de sacrae Theologiae disciplina intelligendum. Nam, ut Sixti V verbis utamur: «Huius quidem tam salutaris scientiae cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Litterarum, Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus dimanat, certe semper maximum Ecclesiae adiumentum afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres securius et utilius perlegendos et explicandos, sive ad varios errores et haereses detegendas et refellendas; his vero novissimis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, et homines blasphemii, superbi et seductores proficiunt in peius, errantes et alios in errorem mittentes, sane catholicae Fidei dogmatibus confirmandis et haeresibus confutandis per necessaria est». (1) Etenim id quod efficit ut hoc disciplinae genus vim scientiae veri nominis habeat, in eoque — ut desideratissimus decessor Noster praeclare ait (2) — «plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis», nihil est aliud nisi

(1) Bulla *Triumphantis*, an. 1588.

(2) BENEDICTUS XV, Motu proprio *De Romana Santi Thomae Academia*, an 1914.

Philosophia Scholastica, duce et magistro Aquinate, in usum ipsius sacrae disciplinae conversa. Hinc «apta «illa et inter se nexa rerum et causarum cohaerentia, «ille ordo et dispositio tamquam militum in pugnando «instructio, illae dilucidae definitiones et distinctiones, «illa argumentorum firmitas et acutissimae disputa- «tiones, quibus lux a tenebris, verum a falso distingui- «tur, haereticorum mendacia, multis praestigiis et fa- «llaciis involuta, tamquam veste detracta, patefiunt «et denudantur». (1) Consequens est, non bene sacrae iuventuti consulere, qui omnem de Theologia institutionem, scholastica ratione neglecta, ad *positivam methodum*, ut dicitur, exigendam putent; multoque minus eos officio suo satisfacere, qui huius doctrinae magisterium non aliter exerceant, nisi ordinem seriemque dogmatum atque haeresum doctis disquisitionibus exsequendo. Illa enim positiva methodus necessario quidem scholasticae adiungenda est, sed sola non sufficit; cum bene comparari nostros oporteat ad Fidei veritatem non modo convicendam, sed illustrandam etiam ac defendendam; Fidei autem dogmata contrariosque errores ex ordine temporum recensere, ecclesiasticae quidem historiae est, non vero munus Theologiae.

Tertio loco, quod ad clericorum studia pertinet, qui, pro conscientia officii, ea moderetur, non is profecto praescriptiones iuris canonici negliget de Theologia *pastorali*: (2) imo plurimum tribuet huic disciplinae, qua quidem proxime animarum quaeritur salus. Nec vero dumtaxat, quam sancte sint divina tractanda, praecipiet; sed praeterea quemadmodum sint maiore semper cum fructu hominibus applicanda. In quo ei erit temporum habenda ratio diligentissime. Multa enim in populi christiani mores rerum cursus induxit, patrum nostrorum inaudita temporibus;

(3) SIXTUS V, l. c.

(1) Cod. l. C., 1365 § 3.

quae pervenisse hodie sacerdotem oportet, ut nova novis remedia malis in Iesu Christi virtute reperiat, et salutarem Religionis vim in omnes venas afferat humanae societatis.

Denique scito, dilecte Fili Noster, admodum cordi Nobis illud esse quod pariter in iuris canonici Codice statuitur: *Si constitui Seminarium diocesenum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens insitutio, praesertim in philosophicis ad theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdioecesenum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit.* (1) In quo quidem optandum est ut Episcopi, quorum id refert, Apostolicae Sedis providentiam aestiment eique libentibus animis suffragentur. Quam multi enim sunt, qui vel moderatorum praecceptorumque inopia, vel fortunarum angustiis, vel alia de causa nequeunt adolescentes clericos, si quos habent maioribus studiis maturos, apud se curare, ut dignum est, instituendos? Iis igitur, ut possent permagno sui muneris officio fungi, opportune haec Apostolica Sedes opitulata est, conditis, maxime per Italiam, in singularum regionum commodum, nonnullis Seminariis, iisque praesidum doctorumque nobilitate florentibus, unde sacerdotes existerent ad omne opus bonum instructi, paratique se devovere totos Dei gloriae animarumque saluti. Nos equidem id instituti genus, in quo sapientia aequae ac munificentiae decessorum Nostrorum Pii X et Benedicti XV spectata est, cum sartum et tectum conservare volumus, tum etiam, quantum est in Novis, omni ope in maius provehere. — At vero par est et consentaneum, sacerorum quoque Antistites, qui eius sint regionis, cuius gratia Seminarium huiusmodi sit excitatum, debere omnes eidem pro virili parte prospicere. Quos quidem rogamus, ne inviti id faciant, quod non solum communis ab eis, sed propriae etiam ipsorum utilitatis ratio

(2) Can. 1365 § 3.

postulat. Etenim si reputaverint -- quod res est -- suam cuiusque causam hic agi, et Seminarium interdioecesanum vel regionale suarum cuique dioecesium Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura eademque officia singuli habeant, nihil sane, quod intelligant a se in eius bonum conferri posse, unquam recusabunt.

Haec habuimus, dilecte Fili Noster, ad te de clericorum institutione scribere. Iam istius, cui praees, Urbani Consilii erit curare, ut tum in sacris Seminariis Collegiisque clericorum, tum in magnis Lyceis et *facultatibus* seu doctorum ordinibus, quicumque eidem Consilio subiecti sunt, ea diligenter ubique ad effectum adducantur. Eadem ipsa igitur, ex auctoritate Nostra, omnibus, quorum interest, tu significabis. Deprecante autem Virgine beatissima, Eius Matre qui est *Sacerdos in aeternum*, confidimus rem magno cum emolumento sacri ordinis, Dei miserentis gratia, successuram.

Auspicem interea divinorum munerum ac peculiaris Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 1 mensis augusti, anno MCMXXII, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XI



PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM

De vicariis substitutis et suppletibus

quoad assistentiam matrimoniis (can. 465, §§ 4 et 5)

1. Utrum vicarius substitutus, de quo in can. 465, § 4, possit post Ordinarii approbationem licite et valide assistere matrimoniis, si nulla limitatio apposta fuerit.

2. Utrum idem vicarius id possit etiam ante Ordinarii approbationem.

3. Utrum idem vicarius parochi religiosi id possit post approbationem Ordinarii, sed ante approbationem Superioris religiosi.

4. Utrum vicarius, seu sacerdos supplens, de quo in cit. can. 465, § 5, id possit ante approbationem Ordinarii.

Resp. Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3 Affirmative.

Ad 4. Affirmative, quoadusque Ordinarius, cui significata fuit designatio sacerdotis supplentis, aliter non statuerit.

De vicariis oeconomis quoad applicationem

Missae pro populo

(cann. 466, 473)

Utrum vicarius oeconomus, qui plures paroecias tempore vacationis regit, unam tantum debeat Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare.

Resp. Affirmative, ad normam can. 473, § 1, collati cum can. 466, § 2.

De collati baptismi adnotatione (can. 777)

An verbum illegitimi canonis 777, § 2, omnes omnino comprehendat illegitime natos, etiam adulterinos, sacrilegos, ceterosque spurios, ita ut liceat parentum ipsorum cognomina inscribere in adnotatione collati baptismi.

Resp. Nomina parentum ita inserenda esse, ut omnis infamiae vitetur occasio: in casibus vero particulare ribus recurrendum esse ad S. C. Concilii.

COLLATIONES ECCLESIASTICAE

PRO COLLATIONE DIEI 12 OCTOBRIS

Quum frequenter in publica dioecesana ephemeride resolutiones et decreta recenseantur tum Sacrarum Romanarum Congregationum, tum Commissionis Pontificiae de sacris canonibus authentice interpretandis, acerrime aliquando inter varios collatores disceptatum fuit de harum resolutionum et decretorum valore, quodam ex illis sustinente nihil ea valoris in vigore juris habere nisi pro illis qui dubia proposuerunt, vel quibus talia decreta subsignata sunt, pro ceteris non nisi directivam normam constituere. Quum vero hujus disceptationis occasione, de vi quarundam clausularum in bullis, brevibus et rescriptis frequentium dubitaretur, ut talia evanescerent dubia, ea quae sequuntur recolere visum est opportunum.

Quaenam (praeter Congregationes Romanas) sint diversa officia pontificia et quaenam uniuscujusque competentia?—Quid de Rota Nuntiaturae Apostolicae Matritensi?—Quid de Bullis et Brevibus dicendum?—An et quatenus SS. Congregationibus ac Tribunalibus competat facultas authentice leges ecclesiasticas interpretandi?—Utrum vim legis habeant SS. Congregationum declarationes et decreta?—Utrum eandem vim habeant Rotae aut Signaturae Apostolicae decisio-

nes?—Quid sibi velint clausulae; dilata, nihil, lectum, reponatur, in decisis, negative et amplius, ad mentem, facto verbo cum Ssmo.

Quaestio liturgica

In tribus missis in die commemorationis Defunctorum et in die Nativitatis Domini dicendis quinam ordo servandus et quaenam speciales rubricae sunt observandae, sive in eodem altari et ecclesia sive in diversis celebrentur? Quaenam missa seligenda in casu quo una tantum celebretur missa?

En el Seminario Conciliar

SOLEMNE APERTURA DE CURSO

El lunes último tuvo lugar en el Seminario Diocesano la solemne apertura del curso académico de 1922 a 1923 con las formalidades acostumbradas.

Los alumnos, que habían ingresado el día 22 del pasado septiembre, comenzaron el día 24 los Santos ejercicios Espirituales dirigidos por el R. P. Sabino San Miguel, S. J, de la residencia de Bilbao, quien con unción evangélica y elocuente palabra expuso la admirable doctrina de su Santo Fundador en el libro admirable de los Ejercicios. El domingo, 1.º del corriente, se celebró la Comunión General que distribuyó a los seminaristas el M. I. Sr. D. Silverio Velasco, Penitenciario de la S. I. Catedral y Rector del Seminario, y la Schola Cantorum del mismo centro interpretó hermosos y sentidos motetes.

Anteayer lunes, a las once de la mañana, el Director Espiritual, D. Manuel Hortal, celebró Misa rezada en la iglesia pública del Seminario, presidiendo el acto el M. I. Sr. Gobernador Eclesiástico (S. P.) D. Sinforiano de la Cantolla, asistiendo todo el Claustro de

Profesores, alumnos, Autoridades y escaso público. Terminada la Misa, el M. I. Sr. D. Timoteo Rojo Orcajo, Magistral de la S. I. Catedral y Catedrático del Seminario, subió al púlpito y con elocuentes frases y profundidad de pensamiento; leyó con sentida entonación el discurso inaugural, tratando el siguiente tema: «*Concepto del derecho en la filosofía moderna*».

A continuación del discurso inaugural, el Sr. Secretario de Estudios D. Alberto Martínez leyó los nombres de los alumnos premiados en el curso anterior y estos pasaron a recoger sus diplomas de manos del M. I. Sr. Gobernador Eclesiástico. Para honor de los premiados y emulación de los demás alumnos damos aquí sus nombres: Don José Núñez de Pedro, obtuvo «*Premio*» en las asignaturas del tercer año de Sagrada Teología; D. Pedro Chamarro Diez, igualmente en las del tercero de Filosofía; D. Demetrio Gómez Aguilar obtuvo «*Accessit*» en las de primer curso de Filosofía, y D. Raimundo Rubio Peñalba, «*Mención honorífica*» en las del mismo curso, y D. Emilio Ballano Hernando, «*Premio*» en las asignaturas del segundo curso de Latín y Humanidades.

A continuación el M. I. Sr. Gobernador Eclesiástico impuso la beca a los nuevos alumnos y, leída por los Señores Catedráticos la profesión de fe católica, el referido Sr. Gobernador declaró abierto el curso académico de 1922 a 1923, en nombre del Ilmo. y Reverendísimo Sr. Obispo de la Diócesis, dirigiendo breves pero efusivas frases a los alumnos, alentándolos a la piedad y al estudio.

Quiera el Señor derramar con abundancia los tesoros de sus gracias sobre el Seminario Oxomense, para que de su seno salgan los apóstoles de Jesucristo, que han de predicar las verdades de la fe y han de enseñar el camino del cielo a las futuras generaciones.

(*Del Semanario Católico «Hogar y Pueblo»*)

LIGA NACIONAL DE DEFENSA DEL CLERO

Circular de la Junta Diocesana

La Liga Nacional de Defensa del Clero dirige una carta a todos los Rvds. Sacerdotes, no inscritos aún en la misma, encareciéndoles la necesidad de pertenecer a ella y, a fin de facilitar a todos el ingreso, abre un nuevo plazo de inscripción, *excepcional e improrrogable hasta fin del presente año*, durante el cual se dispensa la cuota de entrada a cuantos lo hagan, mandando a las Juntas Diocesanas su inscripción, conforme al modelo que publicamos a continuación de la mencionada carta.

Diócesis hay ya, como la de Santander, en las que *todo* el Clero está inscrito en la Liga y son muchas, como la de Osma, en las que la inmensa mayoría ha dado su nombre a esta Institución que ha producido ya notables efectos en orden al respeto y prestigio que se debe a la clase sacerdotal, poniendo mordazas a la prensa izquierdista que a menudo se complacía en arrojar al rostro de los ministros del Santuario, el cieno de las más groseras calumnias y el vilipendio del ultraje y de la injuria más desvergonzada.

Nacida de su seno, brotó la Cooperativa Nacional del Clero, enderezada a redimirnos del agio comercial que ha explotado a nuestra clase, quizás como a ninguna, con sus ansias insaciables de desmedido lucro. Excelentes han sido ya los resultados obtenidos en este punto y es indudable que el día que sea un hecho la inscripción total del Clero en la Liga Nacional, estaremos en condiciones excepcionales para dar un paso decisivo y transcendental en el camino de nuestra redención económica, ya que el retiro y el Monte Pío Nacional, aspiración legítima del Clero, podrán pasar fácilmente a la esfera de las realidades, aumentando con ello los prestigios y el decoro del Sacerdocio, que servirán a la vez en los altos designios de la divina

Providencia a despertar dormidas vocaciones que vengán a hacer más crecido el número de los operarios destinados a trabajar en la evangelización de las almas.

No es nuestro ánimo ponderar las razones que aconsejan y aun imponen la necesidad de unirnos todos bajo las banderas de la Liga N. de Defensa del Clero, puesta por otra parte con meridiana claridad en el documento a que hacemos referencia; pero sí queremos que los Sacerdotes oxomenses, que todavía no se han inscrito en la misma, se fijen bien y mediten los motivos y razones que en síntesis se proponen en la carta de la Junta Central que publicamos a continuación, porque ellas son de tal naturaleza que no dudamos que han de servir, para que en la Diócesis de Osma no que de ni un solo sacerdote que deje de dar su nombre a esta Institución llamada sin duda a producir frutos exuberantes, no solo en orden a los intereses de la Religión y de la Iglesia, que es lo principal, sino también en orden al bienestar económico y consideración social de que debe estar rodeado el ministro del Señor.

Por nuestra parte nos atrevemos a añadir que el día que podamos afirmar que el Clero español ha realizado la divisa de La Liga, uniéndose en apretado haz con los vínculos de aquel nuevo mandato que preferentemente diera el Salvador a sus ministros, habrá marcado una fecha memorable en los fastos religiosos de la Iglesia y de España y se habrá dignificado a sí mismo, rompiendo lazos invisibles que muchas veces detienen los impulsos de su acción, levantados y nobles, como lo exigen su alteza de miras y el celestial origen de su misión divina.

¡Venerables Sacerdotes oxomenses y carísimos hermanos en el Sacerdocio! Tomad y leed la carta que transcribimos, dirigida a vosotros por la Junta Central, y apresuraos a figurar en sus filas, mandando sin

pérdida de tiempo vuestra inscripción; pues redundará en vuestro propio provecho y, sobre todo, en mayor Gloria de Dios y salvación de las almas.

Burgo de Osma, 1.º de octubre de 1922.

Por la Junta Diocesana
el Presidente

ILDEFONSO ALVAREZ EGIDO.

Canónigo Lectoral

**Carta a todos los Sacerdotes del
Clero Secular no inscritos en la Liga**

Carísimo hermano en el Sacerdocio: En el movimiento actual de la vida contemporánea todas las clases sociales se manifiestan estrechamente unidas, porque lo complejo de las necesidades humanas así lo exige, y el individuo y la clase misma sin unión puede muy poco o nada.

Nosotros, que al vínculo común de nuestro sagrado ministerio unimos los más estrechos y fundamentales de la fe en nuestra inteligencia y de la consagración de la vida a Dios en nuestro corazón, y que sobre los acostumbrados adversarios de la lucha humana tenemos, por la finalidad sobrenatural de nuestra misión, la eterna enemiga del espíritu del mal, debemos estar más unidos que ninguna otra clase social.

Ese lema que levantan en su bandera hoy otras clases sociales, *uno para todos y todos para uno*, nos ha sido arrebatado a nosotros porque arranca de las entrañas mismas del Evangelio.

Con su unidad colectiva la Liga Nacional de Defensa del Clero ha hecho enmudecer a la impiedad y a la ineducación liviana en sus injuriosos ataques, y con la plenitud de su desarrollo orgánico podrá realizar numerosos beneficios al Clero en la esfera cooperativa y grandes bienes a la Iglesia.

Pero especialmente se desea la unión de todos, absolutamente de todos, lo mismo del Clero secular que regular, bajo la fervorosa adhesión al Santo Padre y a la autoridad divina de los Prelados, porque es necesario realizar el ideal de la Liga, sintetizado en su lema: «Unión y Caridad», a fin de que haya una compenetración afectiva de todo el estado eclesiástico para mostrar vigorosa y robusta nuestra personalidad ante el mundo contemporáneo, y en la eterna lucha que en la Historia tiene que sostener siempre la Iglesia con el espíritu del mal, presentar un sólo frente de combate, cuya fuerza sea la unión y su arma decisiva la caridad.

La división es la táctica constante de nuestro enemigo: división de las Iglesias nacional, de la de Roma; del Clero, de los Obispos; del Clero secular, del regular; del parroquial respecto al catedralicio; de los Coadjutores en cuanto a los Párrocos; de unas Ordenes religiosas con otras; en suma, la división sin término; pues contra ella oponemos nosotros la unión sin límites. Que en la bandera de la Iglesia católica y en el corazón de sus hijos nunca se pueda escribir la palabra *división*. La unidad y la universalidad es lo que constituye toda su fuerza y su inmarcesible belleza.

Por tan altos y necesarios motivos, carísimo hermano, la Liga Nacional de Defensa del Clero se dirige a usted, invitándole a que ingrese en la Institución, dispensándole la cuota de entrada de manera excepcional e improrrogable hasta fin del presente año, a cuyo fin se servirá usted llenar la adjunta hoja con sus datos personales, devolviéndola por el mismo conducto que la haya recibido.

Seguros de que no ha de rechazar esta invitación esperamos su inmediata inscripción en la Liga.

La Junta Central.

BOLETÍN DE INSCRIPCIÓN

D. (1)

..... (2)

Diócesis de, solicita su inscripción en la Liga Nacional de Defensa del Clero.

(3)

(1) Cargo actual que desempeña.

(2) Población donde reside.

(3) Fecha y firma del interesado.

Gerencia Diocesana de la Cooperativa del Clero

Nota de los precios de los géneros que actualmente pueden ofrecerse, y de los que hay muestras en esta Gerencia

					S.	D.	M.
Merino	ancho 140	a	30'80	130 pts.	140		
»	» 170	»	28'38	125	»	135	200
Casimir	» 175	»	32'45	140	»	150	200
»	»	»	»	»	»	»	»
»	» 170	»	26'40	125	»	130	175
Biarritz	» 175	»	37'95	150	»	160	
Sebastopol	»	»	»	»	»	»	»
N.º2105 (1.ª)	» 140	»	32'67	145	»		
» 2844 (»)	»	»	27'50	130	»	140	
» 9175 (2.ª)	» 140	»	25'30	125	»	135	
» 2667 (Croscu)	»	»	27'30	130	»	140	
» 2585 (»)	»	»	22'00	120	»	130	
Vicuña	»	»	25'30				
»	»	»	»	»			
»	»	»	22'00				
»	»	»	18'15				
»	»	»	22'00				

Para los niños de la Europa Central

(Conclusión).

	<u>Ptas. Cts</u>
<i>Suma anterior</i>	4.728'23
Aranda de Duero	25 >
Cepillo de la parroquia de Burgo de Osma	15 <
Villanueva de Carazo 6'95 y Gete 0'65:	7 60
San Esteban de Gormaz	25 >
Fuentearmegil	2 >
Miñana	5 >
Muriel Viejo	4 >
Muriel de la Fuente	1 50
San Miguel (de San Esteban de Gormaz)	3 05
Santa Maria de las Hoyas	12 22
Berlangas de Roa	7 >
Gumiel de Mercado	5 >
Castrillo de la Reina	8 <
Ucero	20 >
Quintana Redonda	12 >
Valderrueda	6 <
Rejas de San Esteban	5 >
Talveila	4 >
La Aguilera	2 50
Dombellas y Canredondo	7 >
Arancón	10 >
Córtos	10 <
Doña Rosario Verde, vecina de Soria	25 >
Peñaranda de Duero	27 >
Duruelo	2 <
Un sacerdote	5 >
<i>Total</i>	<u>4.984'10</u>